

The *Manipulus/Scotichronicon* Project  
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/Scotichronicon/index.html>)

## Auaricia f

...dicit Augustinus quod:

‘Avaricia, que Grece philargia dicitur, non in solo argento, unde nomen duxisse resonat,

sed in omnibus rebus que immoderate cupiuntur et capiuntur intelligenda est. Ubi cumque’, inquit, ‘omnino plus vult quisque quam satis, huiusmodi avaricia cupiditas est; cupiditas vero improba voluntas est, ergo improba voluntas omnium malorum causa est.’

*Scotichronicon*, 10.10 (Watt ed., vol.5, pp.318/20, ll.24-30).

Auaricia que Grece philargia dicitur non in solo argento, unde nomen duxisse resonat,

sed in omnibus rebus que immoderate cupiuntur

intelligenda est, ubicumque omnino plus vult quisque quam satis; hec autem auaricia cupiditas est, cupiditas uero improba uoluntas est. Ergo improba uoluntas omnium malorum causa est.

Augustinus libro III. de libero arbitrio.

*Manipulus florum*, Auaricia f

Auaritia enim, quae graece φιλαργυρία dicitur, non in solo argento uel in nummis magis unde nomen duxisse resonat – argento enim nummi aut mixto argento frequentius apud ueteres fiebant –, sed in omnibus rebus quae immoderate cupiuntur

intelligenda est, ubicumque omnino plus vult quisque quam sat est. Haec autem auaritia cupiditas est, cupiditas porro (uero) improba uoluntas est. Ergo improba uoluntas malorum omnium causa est.

Augustinus Hipponensis, *De libero arbitrio*, 3.17.48 (CCSL 29, W.M. Green ed., pp.303-4, ll.26-33).